



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

79 Clericus degradatus de foro seculari efficitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

allegatis per Abb. in cap. at si clerici, à nu. 79
20. usque ad nu. 26. de jud. & hanc dicit Fe-
lin. videri communem opinionem, quam
tamen non firmat, in eod. c. at si clerici, n.
10. & communem, ac ab ipsa consuetudi-
ne approbatam testatur Card. Tol. in in-
struct. sacerdot. c. 27. vers. tertius est. Quam o-
pinionem puto veram pro compensatione
facienda vique ad summam petitam, secus
autem, si clericus petat decem, & laicus 80
reconveniat pro centum: & dicta opinio
recipit etiam quatuor notabiles fallentias.
Quarum prima est, si laicus procurasset
in fraudem à clerico conveniri, Secundò,
quando reconventio tangeret causam spi-
ritualem, vel illi annexam, Tertio in cau-
sa criminali. Quarto respectu distri-
ctionis personæ, quia laicus in personam
clerici manum apponere non potest. Et ita
distinguit Felin. in eod. cap. num. 10. Quæ
reconventio in causis civilibus procedit, &
habet locum quando clericus agit nomine
proprio; secus si ageret nomine ecclesiæ, &
reconveniretur nomine proprio, quia,
cum illa reconventio sit super diverso
facto, fieri non potest, ut post alios
tenet idem Felin. eod. numer. 10. vers. &
primo limita.

78 Tertio si clericus amisit privilegium
fori; ut, quando sacris minimè est initiatus
& nullum obtinet beneficium, aut cleri-
calem habitum, & tonsuram non defert,
nec alicui ecclesiæ ex mandato Episcopi
intervit, seu in Seminario clericorum, aut
in aliqua schola, vel Universitate de licen-
tia Episcopi, quasi in via ad majores ordi-
nes suscipiendos non versatur; quo
casu privilegio fori non gaudet, con-
cil. Trident. in cap. 6. de reform.
sess. 23.

Quarto, si quando clericus propter ali-
quod flagitium grave degradatur, & tra-
ditur curiæ seculari, quia, tanquam ex-
tus privilegio clericali, foro seculari per
consequentiam applicatur, cum ab ecclesi-
astico fuerit projectus, ut in cap. cum non
ab homine, de jud. cap. novimus, de
verb. signif. & Tolet. eod. c. 27. vers. se-
cundus quando. 1

80 Quinto si si liserat coepta cum defun-
cto laico, cui succedit clericus, quia tunc
tenebitur clericus se defendere coram
iudice seculari, secundum Barb. cap. quia
unica, num. 45. de jud. & Paul. de Cast. in
l. hæres absens, num. 4. eod. tit. quavis
hanc opinionem falsam teneat gloss. in cap.
clericum nullus, 11. quest. 1. quam gloss.
opinionem puto veriorum: eandem eti-
am tenet Bart. in l. hæres absens, n. 1. ff. de
jud. quem post Anton. de Burr. per ipsum
citatum sequitur Abb. in cap. quia 5. num.
12. eodem titulo. quoniam hoc casu non pro-
cedit regula, l. ubi coeptum, ff. de iudicis,
quia cum clerico non fuit coeptum, &
semper obstat, quod clericus iudicio
laici se submittere non potest, ut cap.
si diligenti; cum aliis supra allegati.
Et in quibus clericus coram iudice secu-
lari possit conveniri, trad. gloss. 11. quest.
1. in sum.

Libertas si autem ecclesiastica, quam
violantes in dictam excommunicationem
incurrunt, ea est, quam habet Ecclesia
universalis in se, suisque membris, in spiri-
tualibus, & temporalibus concessam à
Deo, de qua per Innoc. in cap. noverit,
num. 1. & 2. & ibi Abb. num. 2. de sentent.
excommun. Bald. in l. privilegia, n. 1. C. de
sacr. sanct. eccles. Io. Lup. in tract. de libert.
eccl. par. 2. quest. 11. numer. 2. Dec